



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

48. Quid sit homicidium voluntarium, & casuale, ex quibus irregularitas  
incurratur? Et doctrina hujus resolutionis est valdè notanda, & menti  
tenenda, quia deserviet ad explicationem multorum casuum, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

### 324 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

*antea obtenum: Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1.*

Resol. 19.

Sup. hoc in §. 1. **N**egatiū responderet Cornejo in 3. part. D. Rel. præteri-  
ta & in illis sic ait: Quare secundò ad istam irregularitatēm  
requiratur, ut homicidium fiat ex proposito, & initio  
consilio. Respondebat negatiū; sed fatus est, quod  
quis occidat, aut habeat dictam voluntatem occi-  
dendi; quamvis homicidium fiat ex ira inopinatè: & illa voluntas sufficit: ergo irregularitas, quæ il-  
lud sequitur erit irregularitas homicidij voluntarij;  
quod est intelligendum, nisi tale homicidium fiat  
causa defensionis. Ita Suarez disp. 64. sct. 1. num. 3;  
in fin. Oppositus docuit Salzedo in Prætice, c. 94.  
& Aula 7. part. de Censuris, disp. 2. sct. 2. dub. 1. §.  
præterea dico, vbi alios referunt. Quid probat Aula  
ex Concil. Trid. sct. 14. cap. 7. de reformatione vbi  
Concilium distinguit homicidium voluntarium à  
casuali in hoc, quod voluntarium sit per industriam,  
& per insidias, & ex proposito; casuale verò sit non  
ex proposito, sed casu: ergo homicidium repen-  
te factum ex odio subito sub orbo in injuriosum  
verbū, vel factum, non erit voluntarium, sed ca-  
suale, quamvis animus occidendi interfuerit. Con-  
firmatur; quia Concilium ibi loquitur de homici-  
dio occulto, cuius dispensatio est referuata Papæ:  
ergo cum post Concilium possit Episcopus dispen-  
sare in homicidio occulto casuali volito solum in  
causa, dicendum est non loqui ibi de homicidio  
casuali hoc modo sumptu, scilicet de eo, quod so-  
lum est volitus in causa; sed de homicidio casuali,  
ut distinguatur ab eo, quod sit ex proposito, quam-  
vis sit directè volitus. Sed certè verba Concilij  
non admittunt hanc interpretationem: nam ibi di-  
stinguuntur homicidium factum pura, & spontanea  
voluntate occidendi ab eo, quod sit voluntate occi-  
dendi non pura, & spontanea, sed coacta ob cau-  
sam defensionis: & primum vocat voluntarium, se-  
condum casuale. Neque ad primum exigit, quod  
sit per insidias, ac industriam, aut initio consilio;  
sed solum sit voluntate occidendi spontanea: vt  
clarè colligitur ex eo, quod, cum per insidias, &  
industriam qui alterum occidit, vocat homicidium  
voluntarium: non quia per insidias occidere; sed  
præcisè, quia sua voluntate homicidium perpetra-  
uit; Neque occidere ex proposito aliquid amplius  
significat, quam occidere ex voluntate spontanea.  
Ad confirmationem dico, falsum est, quod Concilium  
ibi loquatur de homicidio occulto causa  
defensionis factō; quia te re vera non loquitur nisi de  
publico, & ad fortia contentiosum iuri deducit;  
vt colligitur ex ultimis verbis Capitis, ibi: Nisi cau-  
sa cognita, & probatis processibus, ac narratis, ne-  
que alter dispensare possit. Hucusque Cornejo loco  
citato.

2. Sed affirmatiū sententiam Aulæ, Salzedi,  
& aliorum tenet Pater Lessius in 3. part. D. Thome,  
cap. 4. de irregular. dub. 1. num. 36. cui ego adhæreo.

Hinc advertendum, irregularitatēm contractam ex  
excessu defensionis vita, honoris, vel bonorum  
temporalium non esse nuncupandam. irregularitatēm  
ex homicidio voluntario, sed casuale; etiam si  
excessus sit ex proposito, & calore pugnæ, imò etiam  
si quis iam fugientem prosequatur, & occidat, ut  
recte notauit Nauarros, cap. 27. num. 240. & consil.  
36. de homicidio, edit. Henriquez, lib. 14. cap. 19.  
num. 3. Suarez disp. 46. sct. 1. num. 13. in fine. Aula  
7. part. disp. 6. sct. 5. dub. 5. Paulus Layman, lib. 3.  
sct. 5. tract. 3. part. 3. cap. 12. assert. 4. Galpar Hurtado,  
de irregular. disp. 2. diff. 29. num. 66. Et colli-  
gitur ex Tridentino, sct. 14. cap. 7. de Reformat. vbi

homicidium voluntarium definit esse, quod sit ex  
proposito, & ex industria. Hoc autem homicidium  
cum ex rixa originem duxerit, & illa durante factum  
fuerit: casu contingile censendum est: ideoque pe-  
nā ordinaria hoc homicidium non punitur, ut op-  
tē probat Couarruus 3. part. Clement. Si furio-  
sus, §. unico num. 3. Et ita hanc sententiam præter  
Doctores citatos, tenet Caltrus Palau, tom. 6. diff....  
punct. 15. §. 8. num. 10.

3. Nota etiam hūc obiter, quod Episcopus potest Sup. huc  
cum homicida casuali, etiam notorio, dispensare ad Pra. in  
Ordines Minores, & ad Beneficiūm simplex, non ex  
vi Tridentini, sed ex cap. 2. & cap. ad audiencem de  
Homicidio. Quæ Potestas à Tridentino strictè non quādū  
est, sicut tradit Nauarros, cap. 27. num. 240. Sayrus,  
lib. 7. cap. 7. num. 20. Henriquez lib. 14. cap. 19. num. 2.  
Aula, disp. 6. sct. 5. dub. 2. Layman, lib. 3. sum. sct. 5.  
tr. 3. part. 3. c. 12. assert. 6. vbi relatis Nauarro, & Aula  
subiungit posse Episcopum dispensare cum huicmo-  
di homicida ad retinendum Beneficiūm Curatum  
antē obtument.

#### RESOL. XLVII.

*An Episcopus possit dispensare in irregularitate con-  
tracta ex homicidio voluntario ex repentina rixa que-  
rito: Ex p. 7. tr. 2. Ref. 32.*

§. 1. **N**egatiū responderet Suarez de Cen. disp. 44.  
sct. 1. num. 3. & Molina tom. 4. tr. 3. disp. 79.  
n. 7. Sed ego contra illos affirmatiū sententiam  
docui part. 2. tr. 15. Ref. 19. cum multis Doctribus,  
quibus nunc addo me citato Barbofam de Poſſ.  
Episc. par. 1. Alleg. 39. n. 48. & etiam me citato Mar-  
chinum de Sacram. Ord. v. 1. part. 9. cap. 1. diff. 3. m. 10.  
& Stephanum de Aluin de Poſſ. Episc. cap. 26. n. 5.  
Dicendum est igitur licet Episcopo dispensare non  
solum in irregularitate orta ex homicidio casuali, vt  
dictum est; sed etiam ex homicidio volito, non ex  
consilio, aut matura deliberatione factos, sed ex repre-  
sentia ira, vel rixa. Ratio sumitur ex illis Concilij  
verbis. Cumque per insidias, aut per industriam occi-  
derint proximum, de altari euelli debet. Item ex  
illis: Si vero homicidium non ex proposito, sed ca-  
su, &c. Ergo ut Episcopus dispense in hac irregu-  
laritate nequeat, Concilium requirit, ut homicidium  
sit factum amino deliberato: ergo, si per subitam ri-  
xam contingat, Episcopus dispensare poterit si deli-  
ctum sit occultum, & non deducitum ad forum con-  
tentiosum; vel si fuerit deductum, iam cessarit stre-  
pitus judicialis. Recognoscet ipsis vbi supr. &  
vide etiam Caspensem in Cursu Theol. tom. 2. tract. 25.  
disp. 1. sct. 17. num. 119. quibus adde Mazuchellum  
de casu refut. disp. 2. cap. 7. quest. 3. n. 130. afferentes  
homicidium de quo loquimur esse casuale, ac proin-  
de dispensabile per Episcopum.

#### RESOL. XLVIII.

*Quod sit homicidium voluntarium, & casuale, ex qui-  
bus irregularitas incurrit?*  
Et doctrina huius Resolutionis est valde notanda, &  
menti tenenda, quia deseruit ad explicacionem  
multorum casuum, quando irregularitas sit ab  
Episcopo dispensabilis, nec ne, & ex illa Confessari,  
& Confessores casuum, conscientia habent principia  
satis amplia ad extricando multos casus circa dis-  
pensationem irregularitatēm occurrentes?

Et noratur, quod est magna differentia inter Episcopos,  
& Praelatos Regulares quoad potestate dis-  
pensanda

# Quoad Dispens.&c. Resol. XLIX.&c.

325

perfundi circa irregularitatem homicidij casualis  
Nam Episcopi possunt dispensare illam, quando  
homicidium est occultum. Prelati vero Regulares  
etiam quando homicidium casuale est publicum. Ex  
p.4.ii.1. Rel.72.

Hec resolutio deseruit ad explicationem

Multorum casuum, ut quis scire possit  
quando irregularitas sit ab Episcopo dispensabilis.

Dico igitur quod sub nomine homicidij voluntarii,

& de quo agitur in Concil. Trident. sess. 24. cap. 6.

& multis priuilegiis Regul. intelligitur homicidium illicium & prohibitum in quinto Decalogi

principio, quod per infidias & ex propoito fit. Con-

cilium enim in d. loco iterum ac multoties repetit

huiusmodi particulas, per industriam, per infidias,

per propria voluntate, &c. ad insinuandum

quod huiusmodi homicidium, de quo loquitur, &

cum irregularitas dicitur ibidem quod sit Summo

Pontifici referata, debet esse illicitum intentum ac

voluntate: sine voluntarium in se. Ita Barbosa de po-

posito. Epis. part. 2. allen. 39.n. 47. & alij communi-

nunt, & idex Valquez obseruat Turrianus de

tens. lib.9. disp. 63. dub. 1. quod vt homicidium vo-

luntarium dicatur, necesse est vt in illo perpetrando

adit voluntas directa & expresa, & non sufficit vt

sit voluntarium in causa, quod perpetuo tene menti,

& ad maiorem explicationem addit Turrianus posse

in homine considerari triplicem voluntatem, una est

expresa occidendi, & haec sine dubio sufficit. Secun-

da est expresa non occidendi, sed vulnerandi tantum,

& haec non videtur sufficere, vt dicatur voluntaria-

rum homicidium per se vt distinctum a casuali. Ter-

tia potest esse voluntas vulnerandi expresa, nulla

prima cognitione de occidente, & haec etiam vo-

luntas non videat sufficere vt in hac materia dicatur

homicidium voluntarium. Homicidium vero

casuale non solum est illud quod est commissum in-

directe o modo, quo explanat Praepos. in 3. part.

quaf. 5. de irregular. dub. 10. num. 74. qui omnino

videndum est, sed etiam quod est commissum directe

excedendo moderamen inculpante tutela, & etiam

quod est commissum ex subita ira, quamuis directe

& plene voluntarie. Ita Hurtado disp. 2. de irregu-

lar. dub. 20. num. 66. ex quibus omnes Confessio-

nati & consentes casum conscientie habent prin-

cipia fatis ampla ad exercitando multos casus circa

dispensationem irregularitatem occurrentium, licet

quando vulnus per se est lethale, & voluntarie

infertur, aliqui putant esse homicidium voluntaria-

rum.

1. Notandum est hic obiter quod est magna dif-

ferentia inter Episcopos & Prelatos Regulares quocad-

possetare dispensandi circa irregularitatem homicidi-

ij casualis. Nam Episcopi possunt dispensare illam,

quando homicidium est occultum. Ita Aula de cen-

so. part. 7. disp. 6. f. 6. 5. dub. 2. concil. 2. & alij. Prelati

Regulares dispensant circa dictam irregularita-

tem, etiam quando homicidium est publicum. Ita

Vetus in praxi monit. disp. 9. dub. 18. num. 6. Seba-

stianus à Bononia tr. de elect. part. 2. cap. 4. dub. 7. n.

14. & alij.

## RESOL. XLIX.

An Episcopus possit dispensare, si homicida voluntarius minoribus Ordinibus suscepit statutus, imo & in Sacris, instanterente causa?

Et adhucit, quod Concilium Tridentinum non pri-

nat ipso iure Clericum homicidiam voluntariorum

fengit ante acquitatis

Tom. III.

Et notatur certum esse Episcopam etiam post Con-

cilium Tridentinum posse dispensare ad sacros Ordines, & ad quocunque beneficium cum Clerico,

qui commisit homicidium casualis fit occultum.

Imo, si homicidium casuale sit publicum, potest dis-

pensare ad minores Ordines tantum, & ad benefi-

cium simplex.

Et pro praxi quod sit homicidium casuale, adducuntur

alij diuersi casus in ultimo huius Absolutionis: Ex

P.9. tr.7. & Misc. 2. Ref. 22.

5. 1. N<sup>e</sup>gatiue respondet Magister Cornejo in 3. Sup. cōmītē  
p.D. Thoma tr.5. de irreg. disp. 1. dub. 2. q. 2. to in hoc &  
n.2. vbi sic ait: [ Hac doctrina est contra Henriquez  
lib.14. de irregular. 1. 4. n. 1. vbi dicit. Episcopum posse  
etiam post Concilium Tridentinum dispensare  
cum homicida voluntario ad viam saltem minorum  
Ordinum: & lib.13. de excommunic. 1. 5. 7. n. 1. docet.  
potest dispensare cum eo ad beneficium simplex;  
quia existimat, Concilium Tridentinum non abstulisse  
ab Episcopis id quod alias erat ipsi iure com-  
muni concessum, vt cap. 20. de Clericis pugnantibus  
in Iudo. vbi vtrumque videtur Episcopis concedi, &c.  
Hac tamen sententia est falsa, vt concordatur ex ver-  
bis Concilij ibi, Nec illis aliqua Ecclesiastica benefi-  
cia, etiamsi curam non habeant animarum, conferri li-  
ceat: Ed omni Ordine, ad beneficio, Officio Eccle-  
siastico perpetuo caret: Ecce, vbi clare loquitur de  
beneficio simplici, etiam de via minorum Ordinum,  
cum talis vobis Officium sit Ecclesiasticum: ergo au-  
fertur ab Episcopis potestas dispensandi, etiam in  
ipsis. Ita Cornejo.

2. Sed opinione Henriquez, quam falsam vo-

cat Magister Cornejo, probabilem esse putat Pater  
Leffius, sic assertens in 3. part. D. Thome, c. 4. de ir-  
regul. dub. 2. n. 35. [ Dico primò: In irregularitate ex  
homicidio voluntario, etiā occulto, solus Papa dispen-  
sare potest, non autem Episcopus. Patet ex Concilio  
Trid. sess. 24. c. 6. vbi excipit homicidium voluntari-  
um: & sess. 14. c. 7. statuit Concilium, vt talis homici-  
da caret omni Ordine, beneficio, & Officio Eccle-  
siastico. Vbi tamen aduertere primò: Si iste habebat  
antea beneficium, non est priuatus ipso facto, sed pri-  
uandus per Superiorē cauila cognita. Couraruias §. 3.  
n. 6. aduertere secundò, probabile esse, Episcopum posse  
dispensare, vt homicida voluntarius, si crimen oc-  
cultum sit, minoribus iam suscepit utatur; imò, si  
causa iusta subsit, vt etiam in Sacris anteā suscepit mi-  
nistret: quia Concilium solū verat promoueri ad fa-  
cros Ordines. Ita tenent multi ex Recentionibus, &  
Couraruias §. 3. n. 4. qui etiam n. 6. docet, ab Epis-  
copo posse admittit ad beneficium simplex, quod etiā  
dubium sit, saltem Episcopus potest dispensare, vt  
beneficium anteā obtinente retinet. ] Hucvsque  
Leffius. Verum ego non recedo à primò sententia  
quam nominati contra Henrīq. sustinet Aula de  
censo. part. 7. disp. 6. f. 6. 5. dub. 2. concil. 2. qui tamen  
concedit, quod Concilium Tridentinum non priu-  
at ipso iure Clericum homicidiam voluntarii beneficis  
ante acquisitionis, unde quantum ad hoc, immutatum  
manitus antiquum.

3. Notandum est tamen, certū esse Episcopū etiam  
post Concilium Tridentinum, posse dispensare ad sa-  
cros Ordines, & ad quocunque beneficium cum Clerico,  
qui commisit homicidium casuale, si fit occul-  
tum. Talis homicidium est, quod cōmititur in sui  
defensionem, sine debito moderamē: item si Cleri-  
cus, exercet Chirurgiam, aliquem interficiat ex ne-  
gligentia, vel impetū: itē, si dominus mandet famu-  
lo, vt inimicū percutiat nō lethaliſ, & tamē famulo  
occidat. Huc etiam referri potest homicidium ex subita  
ira cōmīssū: quia nō cōscerit voluntarium, cū non sit

Sup. hoc. ſu-  
pra lege do-  
ctrinam Ref.  
44. per totā,  
& signanter  
§. eius feci  
do not. &  
ex illis me-  
lior deducē  
quid pro hac  
quaſt. & pro  
famulo con-  
tentio in Ref.  
43.

E e factum